iniquitátem fecérunt in me: ego autem in mandátis tuis exercébor, in tuis justificatiónibus, ut non confúndar.

they have done unjustly towards me: but I will be employed in Thy commandments, in Thy justifications, that I may not be confounded.

POSTCOMMUNION

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: et, intercedénte beáta Martinæ, Vírgine et Mártyre tua, sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the Mysteries which we have received, help us, O Lord; and by the intercession of blessed Martina, Thy Virgin and Martyr, may we ever enjoy their protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

TRADITIONAL LATIN MASS

MASS PROPER: JANUARY 30, ST. MARTINA, VIRGIN & MARTYR

MASS *(Loquébar)* (red)

INTROIT Ps. 118. 46, 47.

Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis. (Ps 118:1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis.

I spoke of Thy testimonies before kinGs, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved. (Ps. 118. 1). Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved.

COLLECT

Deus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti: concéde propítius; ut qui beátae Martinæ Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, who among the other marvels of Thy power, hast granted even to the weaker sex the victory of martyrdom: mercifully grant: that we who celebrate the heavenly birthday of blessed Martina, Thy Virgin and Martyr, may, by her example draw nearer to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Wisd. 1-8; 12

Confitébor tibi, Dómine, Rex, et collaudábo te Deum, Salvatórem meum. Confitébor nómini tuo: quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditióne, a láqueo línguæ iníquæ et a lábiis operántium mendácium, et in conspéctu astántium factus es mihi adjútor. Et liberasti me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de portis tribulatiónum, quæ circumdedérunt me: a pressúra

I will give glory to Thee, O Lord, O King, and I will praise Thee, O God my Savior. I will give glory to Thy Name, for Thou hast been a helper and protector to me, and hast preserved my body fromd destruction, from the snare of an unjust tongue, and from the lips of them that forge lies; and in the sight of them that stood by Thou hast been my helper. And Thou hast delivered me, according to the multitude of the mercy of Thy Name, from them that did roar, prepared to devour; out of the hands of them that

flammæ, quæ circúmdedit me, et in médio ignis non sum æstuáta: de altitúdine ventris inféri, et a lingua coinquináta, et a verbo mendácii, a rege iníquo, et a lingua injústa: laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de mánibus géntium, Dómine, Deus noster.

sought my life, and from the gates of afflictions which compassed me about: from the oppression of the flame which surrounded me, and in the midst of the fire I was not burnt: from the depth of the body of hell, and from an unclean tongue, and from lying words, from an unjust king, and from a slanderous tongue. My soul shall praise the Lord even unto death: because Thou, O Lord our God, deliverest them that wait for Thee, and savest them out of the hands of the nations.

GRADUAL Ps. 44. 8, 15, 16.
Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. V.: Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae.

Thou hast loved justice and hated iniquity V.: Therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

LESSER ALLELUIA
Allelúja, allelúja. V.: Adducentur Regi virgines post eam: proximae eius afferentur tibi in laetitia. Allelúja.

Alleluia, alleluia. V.: (Ps. 44. 15, 16) After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to Thee with gladness. Alleluia.

TRACT
Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum: pro cuius amóre sánguinem tuum fudísti. Ps 44:8; 44:5 Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis. V. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, próspere procéde et regna. Tempore autem Paschäli emittitur

Come thou, spouse of Christ, receive the crown which the Lord hath prepared for thee from everlasting: for those who love thou didst shed thy blood. V. (Ps. 44. 8, 5). Thou hast loved justice and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows. V. With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign.

GOSPEL Matthew 25. 1-13.
In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Simile erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ, accipiéntes lámpades suas,

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The Kingdom of Heaven shall be like to ten virgins, who taking their lamps went out to

exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Horam autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit, exíte óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illae, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non suffíciat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est iánua. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen, dico vobis, néscio vos. Vigiláte ítaque, quia nescítis diem neque horam.

meet the bridegroom and the bride. And five of them were foolish, and five wise. But the five foolish, having taken their lamps, did not take oil with them: but the wise took oil in their vessels with the lamps. And the bridegroom tarrying, they all slumbered and slept. And at midnight there was a cry made: Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet him. Then all those virgins arose and trimmed their lamps. And the foolish said to the wise: Give us of your oil, for our lamps are gone out. The wise answered, saying: Lest perhaps there be not enough for us and for you, go ye rather to them that sell, and buy for yourselves. Now whilst they went to buy, the bridegroom came: and they that were ready, went in with him to the marriage, and the door was shut. But at last come also the other virgins, saying: Lord, Lord, open to us. But he answering said: Amen I say to you, I know you not. Watch ye therefore, because you know not the day nor the hour.

OFFERTORY Ps. 44. 15, 16
Afferéntur Regi Vírgines post eam: próximæ eius afferéntur tibi in lætítia et exsultatióne: adducántur in templum Regi Dómino.

After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to Thee with gladness and rejoicing: they shall be brought into the temple of the King, the Lord.

SECRET
Súscipe, Dómine, múnera, quæ in beátæ Martinæ, Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte deférimus: cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Receive, O Lord, the gifts which we bring Thee, on the feast of blessed N. Thy Virgin and Martyr, by whose patronage we hope to be delivered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

COMMUNION Ps. 118. 78, 80.
Confundántur supérbi, quia injúste

Let the proud be ashamed, because